



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam  
emissæ. In Deuteronomium**

**Bugenhagen, Johannes**

**Basileae**

**VD16 B 9247**

Capvt XX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36133**

magno honori &c. Hic beneficium regis ut senex nō  
uult, sed pro Chamabam orat, qui filius eius fuisse ui-  
detur &c. Omnis autem.

Quod contendunt pro rege, ad istam receptionis le-  
ticiam pertinet, ita conuertente deo corda ad Dau-  
dem, ut tentaturus auerterat &c.

## CAPVT XX.



Idcbatur David omni piculo defunctus,  
& ecce deus suscitatur ei istum aduersariū  
ex Saulis reliquijs, primum ut tentatione  
ista probetur David, deinde ut uideas quā fragilia  
sint hominū corda ad persistendum in eo quod recte  
sentiunt, præterea ut iudicio dei pereat iste Seba, qui  
adhuc supersuit ex illis qui ex familia Saulis aliquid es-  
se uidebantur, adeo habebat autoritatem hic apud su-  
os, ut facile cum sequerentur. Ista ergo omnia que con-  
tra Davidis regnū tentata uidemus deus mirabiliter  
curat pro Davidis regno stabiliendo. Istud autem scā-  
ctum ait scriptura, quia durius responderant Iudæi  
Israëlitis, sed iudicia dei erant que caro non uidet.

## Decem mulieres.

Dura certe hæc erat conditio fœminarū, que non pec-  
cauerant sed uis eis illata fuerat. Verum secundum lea-  
gem non potuit eas dare alijs maritis, neq; forte pro-  
pter scandalum licebat ei cum eis congregari, quia iana

concupuerant cum filio. At scandalum non erit impedimento ubi salus proximi in periculo est, id quod potuit in his mulieribus cōtingere. Relinquo ergo hoc conscientiae Dauidis quid sibi uoluerit.

Seruos domini tui,

Id est Ioabi, quemadmodum statim sequitur. Egressi sunt cum eo uiri Ioab.

Salue. Ioab ut Abnerum, ita & Amasam fraudulenter occidit, & ut illic propter occisum fratrem potuit excusare, ita & hic propter stupro affectam matrem, sed ambitio in causa erat, ut illic diximus & hic clare uides.

Interea &c.] Sententia ex Heb. est. Et accessit unus ex pueris Ioab ad eum & dixit, Caueat ut aliquis aduersetur Ioab, & apud Dauidem esse quærat loco Ioab. Amasa autem &c.

In Abela & Bethmaacha.

Videntur duæ ciuitates simul haberi pro una.

Mulier sapiens.

Vt supra cap. 14. mulierem sapientem legis ex Thea tua. Vnius sapientis mulieris consilio tota ciuitas seruetur. Non est personarum acceptor deus, non quæ mundus suspicit & admiratur deus assumit quando uult facere salutem, sed quæ uidentur despecta. 1. Cor. 1. Huc quoque pertinet quod supra uidimus de Abigail uxore Nabal &c.

**Prouerbio.** Prouerbum inde natum est q̄ illic  
habitarint sapientes homines & spiritu dei docti, se-  
cundum quorum consilium multi in Israël agere soliti  
sint.

**Nonne ego.**

In persona loquitur ciuitatis. Potes & sic legere. Ista  
est iusta & fidelis ciuitas in Israël, id est, quæ nihil  
peccarit & fidem regi & populo seruarit.

**Fuit autem.**

Ordinatio domus & aulæ Dauidis rursus describi-  
tur, ut supra cap. 8. id quod ad pacificatum rursus rea-  
gnum pertinet.

**Sacerdos Dauid,**

Id est, magnus & primus in consilijs Dauid, seniore  
uulgo appellamus ut & græci, si contendas fuisse sa-  
cerdotem, libenter cedo.

**CAPVT XXI.**



Am tandem manifeste declarat ipse de-  
us toto Israëli, se uelle reliquias regni  
Saulis perditas, ut & ipsæ agnoscerent  
se morti obnoxias, & post hac non sese  
erigerent contra Dauidis regnum, præterea ut nemo  
amplius eas ut sæpe ante sequatur, ut uel hinc uideas  
quid in omnibus præcedentibus suo iudicio cõtra Sau-  
lem pro Dauide cogitarit deus, utq; uideas stabilitum  
à deo Dauidis regnum. Porro absq; intellectu es si hic  
moueris quæstionem num peccarit Dauid tradendo  
septem